



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R.P. Leonardi Lessii E Societate Iesv Theologi. In D.  
Thomam De Beatitudine. De Actibus Humanis. De  
Incarnatione Verbi. De Sacramentis Et Censuris.  
Prælectiones Theologicae Posthumæ**

**Lessius, Leonardus**

**Lovanii, 1645**

Acroama Ad R.P. Leonardvm Lessivm Post Dvos Et Viginti Annos in  
Posthuma Theologia Redivivvm Et Scholis Restitvtvm.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72898](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72898)

A C R O A M A

A D

R. P. LEONARDVM LESSIVM

POST DVOS ET VIGINTI ANNOS

IN POSTHVMA THEOLOGIA REDIVIVVM

E T

SCHOLIS RESTITVTVM.



**N**ON vnus Iosephi ossa post mortem prophetauerunt,  
Nec folius Polydori vox à tumultu audita est

lib. 3.  
Ench.

LEONARDVS LESSIVS  
E SOCIETATE IESV

CLARISSIMVS ET FIDE ET CANDORE THEOLOGVS.

AB INTEGRITATE ALTER IOSEPH

A CÆLESTIVM GRATIARVM COPIA POLYDORVS

viuere desijt.

Et tamen, etiamnum quasi superstes, voce posthuma  
dat *Præcepta, Leges* dicat *agendi bene, & beate viuendi.*

Extra *Censuram & Sacramenta* positus,  
*Censuras* expedit, & *Sacramenta* proponit.

Increato Verbo proximus  
in ipso iam Verbo videt

quod de *Incarnato* præscribit.

Extra ictum naturæ casumque conscientia stans in Deo,  
nobis adhuc euntibus, adeoque in lapsum pronis,

*Humana vita ruinis aperit, resoluit Casus, præcipitia detegit.*

quò possimus euitare ruinas, casus corrigere, præcipitia declinare.

Et verò

de *Humanis actibus* quis certiora docendo statuat,  
quàm qui ferendo innocenter & fortiter,  
humana omnia perpeffus est?

NIL AGENTI, IMO NESCIENTI

CASTISSIMO IUVENI

Afflata impetigo proserpere & persistere vltra tibias non potuit,  
quia integerrimi corporis reliquum  
virginalis innocentia occuparat.

Illas tamen

pertinace tormento quinque & quadraginta annis,  
sive ad patientiæ meritum, sive ad fortitudinis augmentum,

ad vsque tumulum sic exercuit,

vt propter repulsam à pudica carne,

in extimas eius partes

grauius indignata videretur.

A D

A D  
TOLERANTIÆ PONDVVS ACCESSERE

V I R O

IMMANES CALCVLV DVO,

quos viuus ille quidem  
cum incredibili dolore semper parturijt:  
eniti tamen, nisi casus à morte, non potuit.

S E D H Æ C

vt externa corpori, sic fuere minora.  
Vis longè maior animo eius incubuit,

qui sapè,

etiam à bonis inuidiosè prouocatus, & seuerè percussus,  
nunquam tamen vel ad latum vnguem  
à rectitudine dicendi abiijt,  
à sentiendi constantia declinauit.

TOT INTER TVRBINES ET TEMPESTATES

quis crederet vel durare potuisse vnum hominem?

Et tamen inter illos

L E O N A R D O

mens serena semper & suda,  
exemplo suo docuit

eum ridere posse mortalia omnia quantumuis ardua,  
qui infra se humana videat:  
qui supra se tantùm æterna prospectet.

HÆC PRODIGIA TVM VIVENTIS,

Maiorum fuere rudimenta  
quæ secuta defunctorum.

E V G E L E O N A R D E,

Etiam post mortem tua ora loqui possunt, quando ossa prophetant:

Nec trunca, nec inanis à sepulchro vox tua prodibit,  
omni echone melior, quia solidior:

Nec principio suo carens,  
licet ab æternitate profecta.

NON SEMPER OMINOSVM EST, QVOD POST OCCASVM SONAT.

Tunc enim etiam turtures & philomelæ  
sua voce se produnt.

VIDEO SVPERSTITEM POST SVA BVSTA PHOENICEM:

AVDIO CYCNVM ETIAM A SVA MORTE CANENTEM,

dum intelligo Te voce etiam posthuma  
hominibus diuina dictantem.

S I C A G E  
L E O N A R D E.

SIC ÆTERNVM VIVE IN ORE VIVENTIVM,

QVANDO ETIAM NVM PENDENT

A T V O

ETIAM DEFVNCTI ORE MORTALES.

*Applauderet*

IOANNES VANDEN BERGHE

I.V. Licentiatus, & Insignis Ecclesia Collegiate D. Petri  
Louanijs Canonicus.

IN